



De
3546
(1)



aa ~~624~~ 613.

IV. 50



11

5. Q





A. N. A. L. F. E. O. F. T. N. A.

A. R. A. B. I. C. A.

1801

L. A. T. I. N. E. T. E. R. T. I. T. E. T. I. L. L. I. S. T. R. A. T. I. S.

E. R. N. F. R. I. D. C. A. R. R. O. S. E. N. M. U. L. L. E. R.

W. I. L. H. E. L. M. S. T. R. O. S. S. E. R. S. T. R. A. S. S. E. R. S.

E. R. N. F. R. I. D. C. A. R. R. O. S. E. N. M. U. L. L. E. R.



L. I. B. R. A. R. I. A.
S. A. L. T. I. S. T. R. A. T. I. S. T. R. A. T. I. S.

17



A N A L E C T A

A R A B I C A

EDIDIT

LATINE VERTIT ET ILLUSTRAVIT

ERN. FRID. CAR. ROSENMÜLLER

THEOL. D. ET LITT. OO. IN ACAD. LIPS. P. P. O.

P A R S P R I M A.



L I P S I A E

SVMTIBVS IO. AMBROS. BARTHII,

MDCCCXXV.

INSTITVTIONES
IVRIS MOHAMMEDANI

CIRCA

BELLVM CONTRA EOS

QVI AB ISLAMO SVNT ALIENI.

E

DVOBVS AL-CODVRII CODICIBVS

NVNC PRIMVM

ARABICE EDIDIT, LATINE VERTIT, GLOSSARIVM ADIECIT

ERN. FRID. CAR. ROSENMÜLLER

THEOL. D. LL. OO. IN UNIV. LIPS. P. O.



LIPSIAE

SVMTIBVS IO. AMBROS. BARTHIL,

MDCCCXXV.

INSTITUTIONES

IVARIS MOHAMMEDANI

CIRCA

SECTUM CONTRA EOS

QVI ARISTOTELIS SYNTAXIN

D

DAVIDIS AL-CODYRI CODICIBUS

ET

FRANCIS EDIDIT, LATINE VERITATE, GROSSARIUM ADIECIT

FRANCO. ERND. CAR. ROSENTHAL

FRANCO. ERND. CAR. ROSENTHAL



LIBRARI

UNIVERSITÄTS- UND LANDESBIBLIOTHEK SACHSEN-ANHALT

MDCCLXXXV



LECTORI

s.

In tanta, qui Iuris scientiam e disciplina Mohammedis
sectatorum tradunt, librorum Arabicorum multitudine,
Codurii opus, cuius specimen nunc primum edimus,
inter primos locum tenet, plurimumque apud suos
auctoritatis habet. De auctoris vita, fatisque nil di-
cere habeo, nisi pauca haec, quae in Annalibus ABUL-
FEDA refert¹⁾: „Anno CCCCXXVIII (MXXXVI aerae

1) T. III. p. 92 ed. Reisk. Adler. في سنة ثمان وعشرين وأربعماية
توفى أبو الحسين أحمد بن محمد بن حمد القدوري الحنفى ولد سنة
اثنين وستين وثلاثماية انتهت إليه رئاسة اصحاب أبي حنيفة بالعراق وارتفع

Christ.) obiit Abùl Hosein Ahmed, filius Muhammedis, filii Hamedi, vulgo Codurensis appellatus, Nisaburae natus anno CCCLXII, vir magni ubique nominis,

جاهه وصنّف كتابه المسمى بالقُدوري المشهور ونسبته الى القُدور جمع
 Omissum قدر قال القاضي شمس الدين ابن حلكان ولا اعلم وجه نسبته اليها
 est in textu Arabico النيسابوري, quod in versione expressit Reiskius.
 Porro pro حميد Reiskius coniicit legendum حميد, vel potius حمدان,
 quod nomen exhibet Raud (روض الاخبار). In B. F. TYDEMAN *Con-*
spectu operis Ibn Chalicani de vitis illustrium virorum (Lugd. Bat.
 1809. in quat.) p. 126 legitur: ابو الحسين احمد بن محمد الفقيه
 ببغداد A. 362. obiit... الكنفى المعروف بالقُدوري
 A. 428.“ HERBELOT in *Biblioth. Orient.* p. 230. edit. prim. haec
 habet: „CADURI, Surnom d'Ahmed Ben Mohammed, qui est l'Au-
 teur d'un commentaire sur le livre nommé *Adab al Cadhi*, qu'il
 explique selon les sentimens d'Abu Hanifah. Il a composé aussi le
 livre intitulé *Magma al Baharain*, qui a été abrégé par Nassafi.
 Cet auteur mourut l'an de l'Hegire 438 (falso pro 428).“ Denique
 CAR. HAMILTON in *the Preliminary Discourse ad Opus quod inscri-*
bitur: The Hedaya, or Guide; a Commentary on the Mussulman
Laws: translated by order of the Governor General and Council of
Bengal (IV Voll. in quat. Lond. 1791.), Vol. I. p. XXXVI. inter
 libros, quorum in *Hedaya* frequentius fit mentio, et nostrum recen-
 set hisce verbis: „The Commentary of *Kadooree* (which is sometimes
 simply termed *Kadooree*) takes its title from the patronymic appella-
 tion of the author *Ahmed Bin Mohammed Kadooree*. It is a Com-
 mentary upon a previous work of *Aboo Yoosaf*, intitled *Adab al-*
Kazee, or *duties of a magistrate*, and is considered as of high au-
 thority by the sect of *Haneefa*. It was published about A. H. 420;
 the place of is publication uncertain.“ De Vocali, qua prima nomi-

magnaeque suo tempore dignitatis, ut qui sectae suae per Iracam Raiisatum (i. e. munus ephori) adeptus est. Auctor hic est illius celeberrimi libri, qui, cognominis patri suo, vulgo usurpatur Coduricus; derivatum id nomen est a plurali *Codur*, vocis singularis *Kidr* (h. e. olla). Negat tamen Cadi Schams-ed-din Ibn. Chalican rationem huius appellationis nosse.“ Huius igitur celebris Antecessoris libri, nostratibus adhuc vix nomine cogniti, codices duos bibliothecae Regiae Dresdensis²⁾, pro sua humanitate et bonas literas promovendi studio, mihi utendos benignissime concessit BEIGELIUS, Vir Illustris, qui ipse auctor mihi suasor-que exstitit, ut eam libri partem, quae de debellandis iis, qui a Mohammedana secta alieni sunt, praecepta tradit, in publicam lucem proferrem. Ego vero peritissimo adhortatori eo lubentius sum obsequutus, quo

nis قدوري littera sit animanda, dissentiunt codices, aliis *Fatha* aliis *Dhamma* exhibentibus.

2) No. 27 olim, nunc 152, finitus prima die mensis Muharrem anni 1032 (1622), 8vo oblong., et Num. 126 olim, nunc 157, finitus die 20 mensis Muharrem, anni 1052 (1642), 4to. Quorum codicum priorem „bonae notae“ esse dicit REISKIUS in *Catalogo CXXXV. Mss. Orientali biblioth. Reg. Dresd. in den Memorabilien* a S. V. Paulo edit. P. IV. p. 7.

certius intelligerem, contineri ea, quam diximus, libri Coduriani parte non tantum talia, quae proprie ad bellum spectant, verum omnino totum ius belli et pacis Mohammedanorum, esseque illam tum ad historiam, tum ad politicam Mohammedorum propius cognoscendam haud exiguae utilitatis. Discimus enim inde, quam primi post Mohammedem Arabum Imperatores in aggrediendis subiugandisque populis inierint rationem, et quos armis subegerunt et in suam redegerunt ditionem, quomodo tractarint. Ea vero, quam primi illi Imperatores instituerunt, via, qui eos sequuti sunt, perrexerunt, necdum, quae Codurius tradidit leges, sunt abrogatae. Atque eae quidem inter nos haud plane incognitae erant; praesertim ADR. RELANDUS plura de iuribus, quae sibi observanda esse ducunt Mohammedani, quando cum Christianis et aliis religionis suae hostibus iis res est, docte et dilucide exposuit³⁾. Neque tamen propterea hanc nostram ope-

3) In Dissertatione *de Iure militari Mohammedanorum contra Christianos bellum gerentium*, in *Dissertatt. Miscellanear.* P. III. p. 1 seqq. Fontem quod attinet, unde sua hauserit Relandus, de eo nil dicit, nisi „esse codicem manu scriptum, in quem inciderit, qui ordine concinno praecipua, quae ad hanc materiam illustrandam faciebant, maxime juxta mentem Iurisconsultorum Indorum et Per-

ram a peritis harum rerum arbitris supervacaneam iudicari vereor, quum Arabice haec nondum sint edita.

sarum, complectebatur.“ Quanam vero lingua sit conscriptus, quis libri auctor, quaenam eius epigraphe, quo tempore et loco sit editus, siluit. Mirum, pro *tributum* in Dissertatione Relandiana constanter exhiberi *سجسه* (p. 14. latinis literis *Sjesje*) quae est vox nihili. In opere *Hedaya* dicto (vid. supra Not. 1.) leges quae bellum, quod vocant sacrum, spectant, tradit Liber *nonus* inscriptus: *Al-Seyir or the Institutes*, Vol. II. p. 139 seqq. Easdem illas ex opere, cui epigraphe *Multeka el-ebhar*, i. e. Confluxus marium, excerptas dedit IOSEPH. DE HAMMER, in libro cui titulum fecit: *Des Osmanischen Reichs Staatsverfassung und Staatsverwaltung* (Wien, 1815) P. I. p. 162 seqq. Quem novem annis prius ab eodem Viro Illustri e Turcico sermone in nostrum conversum edidit IOA. DE MÜLLER libellus, ita inscriptus: *Die Posaune des heiligen Kriegs aus dem Munde Mohammed(s) Sohns Abdallah des Propheten*, Leipz. 1806 in octon., non tam leges continet, quam adhortationes ore propagatas, quibus ad strenue debellandos a se alienos incitavit Mohammedes et inflammavit suorum animos. Duobus postremis libri Capitibus victoriae recensentur, quas et ipse Mohammedes, et plures suae sectae principes de Christianis aliisque sibi adversariis reportarunt (usque ad finem Seculi XIII nostrae aerae), atque nomina eorum, qui pro Mohammede et sua causa animose et fortiter in proeliis pugnarunt. Quaedam denique, quae ad bella Mohammedanorum cum Christianis spectant tradit libellus hac insignitus epigraphe: *Iuris circa Christianos Muhammedici particulae. E codicibus Moslemorum eruit et publicae disquisitioni exposuit* IO. HENR. CALLENBERG, Philos. Prof. Extraord., *Respondentis munus obeunte* LUDOV. CHRIST. VOCKERODT, Gothano, Theol. Cultore et Paedag. Reg. Collega, Halae

Nec deesse speramus, quibus gratum fuerit, se fontem iam ipsum adire posse, nec necesse habere interpretibus fidere. Textum Arabicum ex duobus, quorum nobis facta erat copia, codicibus inter se collatis, omni qua potuimus fide et diligentia describi curavimus, notisque vocalibus instruximus, et Versus, sive paragrafos, in textu Arabico signo —~ primis vocibus imposito notatos, numeris distinximus. Praeterea, quum hic libellus ob styli Arabici simplicitatem et puritatem apprime idoneus sit, in quo legendo sese exerceant linguae Arabicae studiosi ii, qui primis elementis egressi sui ipsi industria paullatim maiorem paratioremque Arabici sermonis copiam sibi acquirere cupiunt, ut in tanta lexicorum Arabicorum, quae facile comparari possint, penuria illorum commodis inservirem, adieci omnium quae in textu Arabico reperiuntur, vocabulorum Indicem, cum eorum interpretatione Latina.

Magdeburg. 1729, in quatern. Usus est Callenberg potissimum codice Arabico Ms. bibliothecae orphanotrophei Halensis, qui continet *Abu Leithi* (أبو ليث), Iuris Consulti Hanefitici, *Thesaurum Iurisprudentiae* (خزانة الفقه). De auctore eius operis vid. HERBELOT *Biblioth. Orient.* sub *Abulaith*, et quae addiderunt Reiskius et H. A. Schultens, in Vol. IV. operis Herbelotiani Hagae Comit. 1777. in quatern. editi.

Quae Codurii libello subiuncta sunt e SEID ALI, Hamadanensis, *Thesauro regum*⁴⁾ excerpta, reperi in codicis 27 (nunc 152) folio 185 verso ad marginem adscripta. Consentiant maximam partem cum iis, quae OCKLEY in *Historia Saracenica* P.I. p. 268 vers. teuton. ex auctoris Arabici anonymi *Historia Terrae Sanctae* (Ms. Pocock. no. 362) attulit⁵⁾; plane vero sunt contraria commenticiis illis Mohammedem inter et Christianae fidei cultores conditis pactionibus, quae sub nomine *Testamenti Mohammedis* circumferuntur⁶⁾, quas vero, diligenti instituto examine, minime genuinas, sed spurias confictasque esse, rationibus et plu-

4) Vid. de hoc libro HERBELOT *Biblioth. Orient. s. v. Dhekirat almouk*. Quod vero ibi auctor anno 78 aerae Mohammed. mortuus legitur, dubio procul typhetae errori debetur.

5) Eadem illa, quae Christianis in ditione Mohammedanorum habitantibus observanda praescripsit Omarus, nonnullis praeceptis additis, retulit DE HAMMER in libro supra not. 3 laud. *des Osman. Reichs Staatsverfass.* P. I. p. 183 seqq., qui et p. 185. testatur, pleraque illorum praeceptorum etiamnum observari.

6) Editum est Parisiis 1630. in quat., Lugd. Batav. 1655 a Io. Georg. Nisselio, et Hamburgi 1690 ab Abr. Hinckelmann; vid. C. F. SCHNURRERI *Biblioth. Arab.* p. 443.

ribus et certis demonstravit TH. CHR. TYCHSEN, Vir Illustris, in Commentatione, *qua disquiritur, quatenus Mohammedes aliarum religionum sectatores toleraverit, rel.*, quae legitur in *Commentatt. Societ. Reg. Goetting.* Vol. XV. 1804. p. 152 seqq.

Dabam Lipsiae d. XII. Octob. MDCCCXXIII.

INSTITUTIONES

IVRIS MOHAMMEDANI

CIRCA BELLVM CVM IIS QVI AB ISLAMO SVNT ALIENI.

I. Bellum contra eos qui ab Islamo sunt alieni est tale a Deo iniunctum officium, cui vicario modo satis fit. Quodsi pars Moslimorum illud implet, non tenentur reliqui; si vero ne unus quidem, illius neglectu crimini sunt obnoxii omnes. Oppugnare infideles oportet, etiamsi nos non primi sint aggressi.

II. Non tenentur ad bellum sacrum proficisci infantes, servi, feminae, caeci, claudi, manibus truncati. Si vero hostis in terram Mohammedanam irruit, ad eum propulsandum omnes Moslimi surgere debent. Tunc egrediatur uxor sine permissu mariti, et servus sine permissu domini.

III. Quando Moslimi ingrediuntur terram hostilem, urbemque aut arcem obsidione cingunt, invitent incolas ad Isla-

mum amplectendum. Si annuant, abstineant Moslimi ab iis debellandis; si vero recusent, ad tributum persolvendum illos vocent; quod quum solvunt, eadem iis, quae Moslimis, esto securitas, et quae Moslimi, eadem praestent illi.

IV. Haud licet debellare eos ad quos non prius invitatio ad Islamum pervenit, nisi postquam invitati fuerint.

V. Laudabile est, eos, ad quos invitatio ad Islamum prius venit, cui vero non annuerunt, iterum invitare. Si vero et tunc recusent, Moslemi, implorato contra eos divino auxilio, bellum iis inferant, impugnent eos instrumentis bellicis, comburant domos eorum, aquarum inundationes iis immitant, et corrumpant sata eorum.

VI. Non est criminisum Muslemis sagittas iaculari in hostes, etsi in iis sit captivus aut mercator Muslemus, aut si illi infantibus aut captivis Muslemis pro scutis utuntur; non abstineant propterea ab emittendis in illos telis, sed progrediantur tela in hostes iaculantes.

VII. Non est criminisum Muslemis, uxores et Corani exempla secum in expeditionem ducere, si exercitus satis fit fortis, ut illis securitatem praestare possit; in reprehensionem vero incurrunt, si illa secum ducunt cum turma, quae non sufficit ad securitatem iis praestandam. Non licet mulieri pugnare sine mariti permissu, neque servo sine permissu domini, nisi irruat hostis in terram Moslimicam.

VIII. Non decet Moslimos datam fidem fallere, aut dolose agere, aut homines mutilare, aut mulieres, senes, decrepitos, infantes, coecos, claudos, occidere, nisi unus aut alter horum consiliis suis bellum iuverit, aut mulier sit regina. Neque occidere licet insanos.

IX. Si Imamo *) visum fuerit pacem facere cum hostibus, aut cum parte eorum, idque rationibus Moslimorum conducatur; non est reprehendendus. Quodsi pacem cum iis fecerit ad certum temporis spatium, tum vero intellexerit, esse e re Moslimorum, pactum rumpere; id illis renunciet, et renovet bellum. Si autem primi dolo malo ruperint pactum, redintegret bellum, nulla prius renunciatione illis facta. Quod tamen tunc tantum fiat, si communi consensu pacem fregerint.

X. Quodsi servi hostium ad exercitum Moslimorum transeant, liberi sunt.

XI. Non est crimosum, si milites Moslimi in terra hostili pabulantur, et quidquid eduliorum inveniunt, comedunt, aut lignum oleumve in suos usus convertunt, et cum armis, quae reperiunt, pugnant, et id omne quidem nulla praedae partitione facta. Neque vero de illis quidquam vendere aut commutare licet.

XII. Si quis ex hostibus Islamum amplectitur, securitatem hoc ipso obtinet pro se, pro infantibus suis minorennibus, et pro omnibus suis opibus, sive sint in manu sua, sive in manu Moslimi aut tributarii depositae.

*) Nomen Arabicum *Imam* denotat proprie *antecessorem*, quem alii sectantur ac imitantur, peculiariter qui praeit populo sacros ritus, Sacrorum antistitem. In hoc vero Tractatu per Imamum intelligitur ille, qui summa cum auctoritate toti populo praeest tam in rebus sacris, quam in civilibus et politicis, ut Imperator Osmanorum. Apud Mohammedanos enim illae dignitates in unam personam collatae sunt; quare dicere solent, Prophetam suum (Mohammedem) imitatum fuisse Mosen, qui et in rebus civilibus Israelitis praeerat et simul rationem cultus divini praescripsit non Iesum, qui regnum suum non esse huius mundi confessus est. Vid. MURADGEA D'OHSSON *Descript. Imper. Osman.* P. I. p. 144. vers. germ.

XIII. Cum regione hostili potimur, fundi eius, uxores cum foetibus, et liberi adulti tanquam praeda aerario publico addicuntur.

XIV. Non licet ab hostibus arma coëmere, aut eos illis instruere.

XV. Secundum Abu-Hanifa *), cui Deus sit propitius! haud licet captivos commutando redimere. Sed Abu-Ioseph et Mohammed **), quibus Deus sit propitius! captivos Moslimos commutando redimere permittunt; neque vero benignitas erga illos modum excedat.

XVI. Quando Imamus regionem vi armorum in potestatem suam redigit, potest eam pro arbitrio vel inter milites dividere, vel incolis possidendam relinquere, quibus tunc tributum imponat. Quodque captivos attinet, potest eos pro lubitu occidere, aut servos capere, aut liberos dimittere, ita tamen, ut eos Moslimis tributarios reddat.

XVII. Non licet captivos in terram hostilem remittere. Cum Imamus e terra hostili in terram Moslimicam est rediturus, habetque secum iumenta aliaque impedimenta, quae domum transportare nequit; illa occiduntur aut comburantur,

*) Hic est pater unius de quatuor sectarum orthodoxarum inter Mohammedanos, quae inter se differunt de conclusionibus legalibus et dubiis sub disquisitionem cadentibus. Vid. de illo ED. POCOCCI *Specim. Hist. Arab.* p. 25. et 291. edit. sec. Oxon. 1806., et CAR. HAMILTON *Discurs. praeliminar. ad Hedaya* (vid. Praefat.) Vol. I. p. XXIII. Vid. et MURADGEA D'OHSSON *Descript. Imperii Osmanici.* P. I. p. 20. vers. german.

**) Iurisconsulti magnae inter Mohammedanos auctoritatis, qui secundo aerae Mohammedanae seculo vixere. Vid. de iis plura apud Hamiltonum l. 1. p. XXXIII.

neque vero ea licet mutilare aut relinquere. Praedam non dividat in terra hostili, nec antequam in terram Moslimicam redierit. In praedae distributione auxiliares et exercitus aequas partes accipiunt.

XVIII. Si Moslemis sese iungunt auxiliares copiae in terra hostili antequam praeda in terram Moslemicam ducatur, eius sunt participes aequae atque illi. Iis qui exercitum sequuntur, nisi pugnaverint, praedae pars non debetur.

XIX. Quodsi vir liber, aut femina libera, ei qui non est Moslimus, aut singulo, aut agmini, aut praesidiis arcis urbisve alicuius securitatem promiserit; servanda est promissa securitas, nec licet ulli Moslimorum illos occidere, nisi illa sit damnosa; et tunc Imamus illam irritam declaret.

XX. Non licet tributario, aut captivo, aut mercatori, qui ad illos pervenerit, securitatem promittere. Neque licet servo, secundum Abu-Hanifa, et Abu-Ioseph, quibus Deus sit propitius! nisi herus illius ipsi pugnare permiserit. Mohammed vero, cuius Deus misereatur! securitatem a servo promissam valere statuit.

XXI. Cum Turcae in terram Romanorum (Graecorum)* incursionem faciunt, et ex illis captivos abducunt, eorumque opes capiunt, cedunt in eorum possessionem; quodsi vero nos postea Turcis potiamur, nobis cedit, quidquid illorum invenimus. Si autem illi nostris opibus potiantur easque in

*) Nomine *Rum* intelliguntur Graeci, Imperatoribus qui Constanti-nopoli sedem habuere, subditi. Abulfedae *Er-Rum* est ille terrarum tractus, qui Graecis ἡ Ανατολή, unde *Natolia*, nobis vulgo *Turcia Asiatica* dicitur. Cf. A. SCHULTENSII *Ind. Geograph.* ad Vitam Saladini a se edit. voc. *Rum*, et *Rumiaeorum Provinciae*.

sua terra asservant, iure eas possident. Ea terra si postea potiantur Moslimi, reperiantque illas ante praedae divisionem, redeunt ad possessores priores absque ulla, quae ab iis praestanda sit, compensatione. Si autem possessores priores sua reperiunt post factam praedae divisionem, possunt ea, si ipsis libuerit, pro pretio ab ipsis solvendo capere. Quando mercator in terra hostili emerit tale quid (quod prius Moslimus possederit), afferatque in terram Moslimorum; ille qui prius possedit potest pro lubitu sibi sumere, soluto mercatori pretio eo, quo illud emit, aut ipsi relinquere.

XXII. Quando hostes aliqua nostrarum terrarum vi armorum potiuntur; non fiunt domini manumissorum nostrorum, uxorumque nostrarum, liberorum nostrorum eorumque qui se ipsi redemerunt; nos vero si illos vicerimus illorum omnium domini evadimus.

XXIII. Quando aufugit servus Moslimus ad hostes, iique eum capiunt, non habent ius domini in eum, secundum Abu-Hanifa, cuius misereatur Deus! Verum e duorum discipulorum sententia habent ius domini in eum. Si autem iumentum ad hostes aufugerit et ab iis capitur, iure illud possident.

XXIV. Quando Imamo non suppetunt iumenta, quibus praeda avehatur, dividat eam inter milites in modum depositi, ut illam in terram Moslimicam vehant; tum illam ab iis recipiat et distribuatur.

XXV. Non licet de praeda quidquam vendere ante eius distributionem. Qui ex militibus in terra hostili moritur, non habet ius in praedam; si vero quis moritur, postquam praeda in terram Moslimicam advecta est, haeredibus eius praedae portio debetur.

XXVI. Non est improbandum, si Imamus fervente proelio militibus donum extraordinarium de praeda assignet, ut eos ad pugnandum incitet, et edicat: quicumque hostem occiderit, ei sunt eius spolia. Vel dicat cohorti: assigno vobis quartam praedae partem, deducta parte quinta. Non vero assignet dona extraordinaria postquam praeda in terram Moslimicam advecta fuerit, nisi de quinta parte.

XXVII. Si militibus pugnantibus (Imamus) spolia non assignet, pertinent ad praedam in universum, e qua milites et alii aequales partes accipiunt.

XXVIII. Spolia sunt quidquid occisus vestium, armorum curruumque secum habuerit.

XXIX. Cum Moslimi terram hostilem relinquunt, haud licet iumentis de praeda pabulum praebere, neque ipsis de eadem comedere licet.

XXX. Si apud aliquem superfuerit (de praeda) pabuli aut eduliorum quidquam, id reddere debet ad reliquam praedam.

XXXI. In dividenda praeda Imamo hoc est observandum, ut seposita prius quinta eius parte, partes quatuor reliquas inter milites, qui praedam fecerunt, distribuat. Atque equiti quidem portionem duplicem, pediti vero unam tantum impertiendam esse, statuit Abu-Hanifa. Verum ex Abu-Iosephi et Mohammedis, quorum Deus misereatur! sententia, equiti triplex portio, et pediti unica debetur. Sed equiti non nisi pro uno equo sors assignatur; et pares reputantur equi viliores et nobiliores. Pro camelo autem vel mulo sors nulla assignatur.

XXXII. Si quis terram hostilem eques ingressus fuerit, equum autem suum amittat; ei portio equitis debetur. Qui vero pedes fuerit terram hostilem ingressus, et postea equum sibi comparaverit, ei sors peditis debetur.

XXXIII. Servis, feminis, tributariis et infantibus praedae sors assignatur nulla. Attamen licet iis aliquid dono dari, quantum quidem Imamo visum fuerit.

XXXIV. Quintam praedae partem quod attinet, dividatur ea in tres partes aequales, quarum prima iis qui parentibus sunt orbat, secunda pauperibus, tertia peregrinatoribus sublevandis est destinanda. Iis accensentur pauperes e familia prophetae, qui reliquis sunt praeferendi; eorum vero ditioribus nihil detur. Quodque attinet ad mentionem Dei in praeepto de quinta praedae parte, inservit illa tantum modo auspiciando sermoni benedicendo per nomen eius *). Portio prophetae, cui sit salus! morte eius cessavit; quod ipsum valet de ea praedae parte, quam propheta, tanquam dux exercitus,

*) Praeceptum illud exstat in Corano VIII, 42., et his verbis est conceptum: *Cum praedam feceritis (in bello), scitote, quintam eius partem deberi Deo, et legato (eius) eiusque cognatis, orphanis, pauperibus, et peregrinatoribus.* Quibus verbis quum videri possit assignari et Deo ipsi praedae portionem, monetur hic, dictionem لِلّٰهِ praemissam esse tantummodo tanquam benedicendi formulam; vel, omnem illam quintam praedae partem, inter legatum Dei, s. Mohammedem, eiusque cognatos, orphanos, pauperes et peregrinatores distribuendam, pro portione Deo sacra esse habendam. Quae quum ita sint, لِلرَّسُولِ وَ praefixum valebit videlicet, ut vertendum sit: *quintam eius partem deberi Deo, videlicet legato eius, et quae deinceps sequuntur.*

sibi delegit (ante distributionem). Atque cognati quidem prophetae, cui sit salus! qui cum ipso viverent, praedae partem meriti sunt ob auxilium, quod ipsi praestiterunt, qui autem post eum, ob paupertatem.

XXXV. Si unus et alter in terram hostilem praedatum irruunt sine permissu Imami, et quidquam inde secum abducunt, quinta pars de eo non capitur. Si vero agmen armis instructum incursionem facit, et aliquid secum asportat, solvenda est quinta pars, etiamsi Imamus potestatem illi non fecerit.

XXXVI. Si quis Moslimus mercator ingrediatur terram hostilem (i. e. talem, quam non Moslimi tenent), haud licet ei incolarum opibus aut vitae damni quidquam inferre; si vero iis per fraudem quidquam abstulerit, fit quidem ipsi proprium; sed iubeatur illud stipitem erogare in pauperes.

XXXVII. Si quis peregrinus, qui non est Moslimus, ad nos veniat, securitatem et protectionem implorans, haud licet ei integrum annum in ditione nostra commorari, quin edicat ei Imamus, si integrum annum apud nos commoretur, imperandam ipsi esse capitis exactionem, quae, si maneat, ab eo est exigenda; tum fit tributarius in clientelam receptus; nec permittitur ei in ditionem hostilem redire. Si vero redierit, reliqueritque depositum apud Moslimum, aut tributarium in clientelam receptum, vel quod alii ipsi debent, tum, si redierit, sanguis eius sit cuiusque lubitui permissus; sua bona autem in ditione Moslimica relicta quod attinet, eorum sors pendet a sorte possessoris. Nam si in bello capitur aut occiditur, quae ipsi debentur extincta sunt, deposita autem eius addicuntur fisco. Quodsi Moslimi non in bello bonis alienorum, qui non

sunt Moslimi, potiantur, impendenda sunt in publicam utilitatem Moslimorum, haud aliter atque tributum, seu reditus regni.

XXXVIII. Omnis Arabiae ager est decumanus. Proten-
ditur autem Arabia inde ab aqua Odhaib *) usque ad fines
Hedschrae in terra Yemen, et a Mahrah **) usque ad fines
Syriae. Territorium Iracae Arabicae vero est tributarium:
protenditur autem illa inde ab aqua Odhaib usque ad clivum
Hholwanae ***), et inde ab Alatha usque ad Abbadan ****).
Agri Iracae sunt possessiones incolarum, qui illos vendere,
atque arbitrio et potestate libera in iis uti possunt.

XXXIX. Omnis terra, cuius incolae Islamismum am-
plectuntur, aut quae vi armata est occupata et inter milites
distributa, est decumana. Quae vero expugnata incolis pos-
sidenda relinquitur, est tributaria.

XL. Si quis terram culturam nondum expertam colat,
ea, secundum Abu-Iosephum, aestimatur e tractu vicino. Si
igitur agri vicini sunt tributarii, fit talis et ipsa. Si autem
agros decumanos sibi vicinos habet, fit et ipsa decumana,

*) Nomen loci in provincia Arabiae *Nedschd'* (نَجْد), de quo Abul-
feda in *Descript. Arab.* (in Rommelii *Commentat.* p. 82.) haec refert: „*Al-*
Odhaib, quae est aqua, et quidem prima, quae occurrit in deserto homini
tendenti a Cadesia ad Cufam, et volenti Meccam proficisci.“

**) Provincia Arabiae australioris, vid. Rommel. I. I. p. 32.

***) Urbs Babyloniae, s. Iracae Arabicae. Est extrema Iracae huius
urbs in orientem borealem ultra Tigridem sita, unde ad montana Persiae
confinia adscenditur.

****) Oppidum ad ostium Tigridis in mare Persicum se effundentis.

Ager Basrensis, eodem illo Abu - Iosepho referente, est decumanus consensu sociorum prophetae.

XLI. Mohammedes, cuius misereatur Deus! statuit, si quis terram quam nemo possidet, culturae aptam reddiderit puteo, quem foderit, aut fonte, quem in illam derivaverit, aut aquis Tigridis Euphratisve, vel alius maioris fluvii, esse eam decumanam; eam vero terram, quae culturae idonea reddita fuerit canalibus a Persis effossis, qualis est Regius et Iesdedscherdicus, esse tributariam.

XLII. Tributum, quod Omarus, cui Deus propitius sit! territorio Iracae Arabicae imposuit, tale est: Dscharib (i. e. ager qui CCCLXXXIV. modiis frumenti conseri potest), et aquâ irrigatur, pendet Cafisum Haschemicum, id est Saaum*), et Dirhemum**); Dscharib terrae pastioni aptae, quinque Dirhemos; Dscharib vineae aut palmeti, decem Dirhemos. Aliis fundis pro ratione proventus tributum imponitur. Si quis fundus solvendo tributo non par sit, imminuat illud Imamus.

XLIII. Si terra tributaria aquâ inundata aut imminuta fuerit, aut segetes eius noxâ aliquâ fuerint corruptae, possessor non tenetur tributum pendere. Si vero dominus eam colere neglexerit, solvendum est ei tributum.

*) *Saa* Lexica dicunt esse mensuram aridorum, quatuor modios continentem, qualium unus $1\frac{1}{2}$ libras pondere aequat. Varias de hac mensura sententias retulit Makrizi in libro *de legalibus Arabum ponderibus et mensuris*, quem edidit O. G. Tychsen Arabice Rostoch. 1800. 8. p. 24., et Gallice vertit Silvestre de Sacy (1802. 8.) p. 38 seqq.

***) Numus argenteus, quorum XX., subinde XXV., valebant Dinorum aureum unum.

XLIV. Cum quis tributarius Islamismum amplexus fuerit, exigatur ab eo et post idem tributum, quod antea solvit.

XLV. Licet Moslimo a tributario sub clientelam recepto fundum tributarium redimere, quo facto ab emtore tributum est pendendum. Decimae de proventu terrae tributariae non penduntur.

XLVI. Epicephalium, sive capitis exactio, duplicis est generis. Est, quae imponitur mutuo consensu et pactione, ubi et quantum sit pendendum conventionione definitur.

XLVII. Aliud epicephalium est, quod prior imponit Imamus, cum infideles vicerit, eosque in suis possessionibus confirmaverit. Tunc imponat diviti, opibus conspicuo, XLVIII. Dirhemos per singulos annos, ita ut singulis mensibus quatuor Dirhemos solvat. Ei, cuius opes sunt mediocres, imponat XXIV. Dirhemos, de quibus singulis mensibus solvat duos. Pauper vero, qui operae faciundo vitam sustentat, pendat XII. Dirhemos, singulis mensibus unum.

XLVIII. Epicephalium imponatur Iudaeis et Christianis, Magis et idolorum cultoribus e barbaris; sed idolorum cultoribus inter Arabes non est imponendum, neque rebellibus.

XLIX. Epicephalium non est exigendum a feminis, neque ab infantibus, nec a mutilis, nec a coecis, nec a pauperibus, qui opus non faciunt, nec a monachis, qui hominibus sese haud immiscent (vitam solitariam degunt).

L. Si quis, qui epicephalium pendere tenetur, Islamismum amplectitur, illud protinus ei remittitur.

LI. Si quis duorum annorum epicephalia debet, illa coniunguntur ita, ut tantum unius anni epicephalium solvat.

LII. Haud licet (Christianis et Iudaeis) in ditione Moslimica nova templa aut novas synagogas condere. Si vero vetusta templa et synagogae corruant, illa restituere licet.

LIII. Tenentur tributarii in clientelam recepti a Moslimis sese distinguere in vestitu, in iumentis, in ephippiis, et pileis; neque equis vehi, neque arma gerere iis licet.

LIV. Si quis epicephalium solvere recusaverit, aut Moslimum occiderit, aut prophetam cui sit pux! verbis probrosis petiverit, aut cum Moslima scortatus fuerit, tali delicto pactum eius non rumpitur. Non irritum fit pactum, nisi in terra non Moslimica sedem figat, aut locum aliquem (quem Moslimi tenent) expugnet, et adversus nos bellum gerat.

LV. Si quis ab Islamo deficit, exponatur ei doctrina Islamica, et si in ea ipsi dubii aliquid sit, edoceatur, ipse vero triduum concludatur in carcere. Quodsi ad Islamum redierit bene est, si non, occidatur. Si quis talem, qui ab Islamo defecerit, occidat antequam doctrina Islamica ei exposita sit, magnopere quidem id est improbandum, neque tamen propterea adversus illum, qui eum occidit, est quidquam decernendum.

LVI. Mulier si ab Islamo defecerit, non occidatur, sed in carcere detineatur dum ad Islamum redierit.

LVII. Qui ab Islamo deficit, hoc ipso amittit opum suarum possessionem, quam tamen recuperat, si ad Islamum redierit.

LVIII. Cum aliquis, qui ab Islamo desciverit, talis moritur occiditurve, ea quae acquisivit dum Islamum professus est, transeunt ad haeredes suos Moslimicos. Illa vero quae

acquisivit, dum ab Islamo defecit, in aerarium publicum sunt transferenda.

LIX. Si aliquis qui ab Islamo descivit, in terra non Moslimica sedem figit, et iudex decrevit, illum infidelibus sese adiunxisse, liberi sunt servi eius, qui post mortem demum illius manumittendi fuissent, liberae item sunt matres liberorum eius, nec solvenda sunt, quae ipsi debentur. Quae vero acquisivit dum Islamo addictus fuit, transeunt ad haeredes suos Moslimicos. Aes alienum quod contraxit, dum Islamo addictus fuit, persolvendum est de eo, quod sibi acquisivit, dum Moslimus fuit; quod vero aeris alieni contraxit postquam defecit, solvendum est de eo, quod ab illo inde tempore sibi acquisivit.

LX. Cum quis aliquid emere, aut vendere, aut de suis opibus quidquam aliam in rem impendere instituerit, id, dum in defectione ab Islamo est, irritum manet. Cum vero ad Islamum redierit, omnia illa rata fiunt. Quodsi in terra non Moslimica moritur aut occiditur, pacta quae iniit, secundum Abu-Hanifa, sunt irrita. Si aliquis qui a fide defecit, postquam decretum fuerit, eum sese infidelibus adiunxisse, redeat Moslimus in terram Moslimicam, potest quae de suis opibus in manibus haeredum suorum invenit, sibi vindicare. Si femina, quae ab Islamo defecit, dum in defectione est, de suis opibus quidquam in certos usus impendi statuit, id ratum haberi potest.

LXI. Christiani tribus Tagleb pendant eleemosynae duplum, quod pendunt Moslimi, exigaturque quoque ab eorum mulieribus, sed non item ab infantibus. Quidquid tributi colligit Imamus, quodque de Taglebitis exigit, tum quae

ipsi peregrini, qui non sunt Moslimi, dona mittunt, atque epicephalium, impendere debet in publicas Moslimorum utilitates, in munienda igitur loca hostibus exposita, pontes aedificandos, in salaria sustentandis magistratibus, praefectis et viris doctis Moslimicis necessaria, in stipendia denique militibus eorumque posteris persolvenda.

LXII. Quodsi pars Moslimorum ab imperio deficiat, et provincia aliqua potiatur, invitet eos Imamus, ut redeant ad communitatem et societatem reliquorum civium, illosque ab errore monitis revocare studeat, neque priusquam illi primi pugnam inferant, dimicationem cum iis subeat. Tum vero ita cum iis pugnet, ut eorum catervas dissipet, atque si iis exercitus sit, [ad quem vulnerati ipsorum sese recipiant] hos statim trucidet et fugientes persequatur. Si autem illis non est exercitus, eorum vulneratos neque occidat, neque fugientes persequatur, neque liberos captivos abducat, neque opes eorum pro praeda auferat.

LXIII. Haud est nefas in pugnando cum illis eorum armis nos uti; si Moslimis ea opus sint.

LXIV. Opes eorum Imamus asservatas retineat, nec eos illis reddat, neque distribuat, dum resipiscant (ad obsequium redeant); tunc eas illis reddat.

LXV. Si rebelles in terra, quam occuparunt, tributum decimasque exegerunt, ea Imamus non exigat secunda vice. Quodsi rebelles vectigalia in legitimos usus impenderunt, qui illa solverunt debito suo satisfecisse sunt reputandi; sin minus, edoceat (Imamus) populum suum, quid Deo O. M. debeant.

E LIBRO
QVI INSRIBITVR
THESAVRVS REGVM,

AVCTORE

SEIID ALI HAMADANENSI

CVIVS SEPVLCHRVM SANCTVM HABEATVR.

Hae sunt conditiones, quas Omarus, cui Deus sitpropitius!
in constitutione sua de iure tributariorum ipsis scripsit, ita ut,
si illas fefellerint, vita et opes eorum promiscui iuris fiant.

Prima est, ne in terra Moslimica nova templa novasque sy-
nagogas erigant.

Secunda, ne collapsa restituant.

Tertia, ne prohibeant Moslimos iter facientes, ut ad illa di-
vertant (sive, illis pro diversoriis publicis utantur).

Quarta, ne detrectent Moslimos per triduum hospitio apud
se recipere.

Quinta, ne res Moslimorum explorent, earumque statum infidelibus referant.

Sexta, ne si quis e propinquis eorum Islamismum amplecti velit, eum prohibeant.

Septima, ut Moslimos honorent.

Octava, ut Moslimis, tales si adsint, sedes suas concedant; sunt enim illorum sedes.

Nona, ne in vestitu et ornatu se Moslimis assimilent.

Decima, ne sibi nomina Moslimorum imponant.

Undecima, ne vehantur equis ephippiis instratis et frenatis.

Duodecima, ne arcus, sagittas, enses, et alia huiusmodi gerant.

Decima tertia, ne annulos signatorios gerant, quibus sint palae et sculpturae.

Decima quarta, ne vinum vendant, nec publice bibant.

Decima quinta, ne utantur vestitu idololatrarum.

Decima sexta, ne ostendant mores et consuetudines idololatrarum.

Decima septima, ne emant domos et aedes in vicinia Moslimorum.

Decima octava, ne mortuos suos prope sepulchra Moslimorum sepeliant.

Decima nona, ne ululatus tollant, si ipsis adversi quid accidat, nec palam ploratus faciant in funere propinquorum suorum.

Vicesima, ne emant servos Moslimos.

Addit in fine constitutionis, si unum alteramve illarum conditionum fefellerint, licere Moslimis eos necare, nullo, quo caedes redimatur, pretio ab illis exigendo.

G L O S S A R I V M

A R A B I C O - L A T I N V M .

Signa et Notae compendiariae, quae in hoc Glossario passim occurrunt, explicatae sunt in limine Glossarij, quod Institutionibus nostris ad fundamenta linguae Arabicae est adiectum.

ا

أَبَقَّ Fut. A. et I. Aufugit servus.

أَبُو حَنِيفَةَ Nom. propr. Antistitis, unius ex IV, qui sectas instituerunt primarias Muhammedanismi; vid. not. ad vers. latin. p. 4.

أَبُو يُونُسَ Nom. propr. Iurisconsulti celebris, vid. not. ad vers. latin. p. 4.

أَبَى Fut. A. et I. Recusavit, noluit, detrectavit.

وَدَقَّ vid. اتَّفَقَ.

أَتَمَّ Fut. A. Iniquitatem commisit, culpam commeruit, peccavit.

أَحَدٌ Unus, unicus.

أَخَذَ Fut. O. Cepit, accepit, sumsit,prehendit, comprehendit, continuit.

آخِرٌ Ag. Conj. I. Posterior, postremus, extremus; postremum, finis.

أَدَّى Solutio, praestatio; res quae persolvitur, penditur, aut quae debita praestatur. R. أَدَى II. persolvit, praestitit quod debebat.

إِذَا Quum, si, temporis futuri.

أُذُنٌ Auris.

أَذِنَ et أَدِنَ Aures praebuit, auribus captavit, audivit. أَدِنَ et أَدِنَ permisit, veniam concessit, li-

equus Turcicus; *it.* quodvis iumentum, tam onerarium, quam quo quis vehitur.

بَرَكَ V. Bene precatus est, laudavit.

بَصْرَةَ *Nom. propr. urbis Babylo-*
niae, Basra.

بَطَلُ *Fut. O.* Vanus, nihil, frustra et incassum fuit vel evasit.

بَعِيرٌ Iumentum omne onerarium, *speciat.* camelus asinusque.

بَغَى Modum transgressus fuit, a vero et iusto deflexit, insolens fuit; *it.* petiit, expetivit, quaesivit; VIII. expetitum quaesitumve fuit; *it.* convenit, decuit.

بَغَى Insolentia, rebellio.

بَقِيَ *Fut. I.* Reliquus, superstes fuit.

بَاقِي *pro* بَاقِي *Plur.* بَاقِيْنَ Reliquus, superstes.

بَكَى *Fut. I.* Flevit, deflevit.

بَلَدٌ Substitit, commoratus fuit *in loco.*

بَلَدٌ Pars terrae habitatae, provincia, urbs, oppidum.

بَلَدَةٌ Provincia, urbs, oppidum.

بَلَغَ *Fut. O.* Pervenit *ad aliquem.*

بَنَى *Fut. I.* Struxit, aedificavit, condidit.

بَاحَ *Fut. O.* Apparuit, manifestus fuit. IV. communis juris fecit *rem*, et *cujusque* voluntati permisit.

مُبَاحٌ Cujusque cupiditati permessa *res.*

بَاعَ *Fut. I.* Vendidit *et* emit.

بَيْعٌ Venditio.

بَيْعَةٌ *Pl.* بَيْعٌ Templum Christianorum, ecclesia.

بَيْنَ Separatio, distantia. بَيْنَ Inter, in medio.

ت

تَبِعَ *Fut. A.* Sequutus, insequutus, persequutus fuit. VIII. id.

تَجَمَّرَ *Fut. O.* Mercaturam exercuit.

تَاجِرٌ Mercator.

تَمَرَسَ Scutum, clypeus.

تَمَرَسَ Clypeum induit. V. Scuto indutus tectusque fuit.

تَرَكَ Reliquit, missum fecit, sivit, intermisit *aliquid.* تَرَكَ *Nom. act.*

تُرْكِي ^س *Plur.* أَتْرَاكُ ^س Turcae, gens inter Chorasmios et extremi Orientis Tataros.

عَلَا ^س *vid.* تَعَالَى

تَغْلَبُ ^س *Nom. propr. tribus Arabicae*

تَمَّ ^س *Fut. I.* Totus, integer, perfectus, absolutus fuit.

تَمَامٌ ^س *Complementum, integritas, finis.*

تَابَ ^س *Fut. O.* Resipuit, reversus conversusque fuit a peccatis *ad Deum.*

ت

تَغَمَّرَ ^س *Fut. A.* Fissus fuit.

تَغْوَرٌ ^س *Pl.* تَغْوَرٌ ^س Fissura montis; *it.* locus regionis hostico proximus.

تَمَنٌ ^س *Pretium.*

تَنَّى ^س *Fut. I.* Flexit, inflexit, duplicavit, iteravit, repetivit.

اَتْنَانٍ ^س Duo. ثَانٍ ^س pro ثَانِي ^س Secundus; ثَانِيَا ^س secunda vice.

تَوْبٌ ^س *Pl.* ثِيَابٌ ^س Vestis, vestimentum; *fere interior vestis.*

ج

جَبَا ^س *ultima* و ^س *et* و ^س *Congregavit; it. collegit tributum.*

جَدَّ ^س *Fut. I.* Novus fuit II. Renovavit, novum fecit.

جَرِيْبٌ ^س *Mensura seu certa quantitas frumenti et terrae; scil. pondus 4 قَفِيْزٍ, seu 384 مَدٍّ modiorum; it. ager, qui tanta frumenti copia conseri potest.*

جَرَحَ ^س *Vulneravit.*

جَرِيْحٌ ^س *Vulneratus.*

جَسَرَ ^س *Fut. I.* Fluxit, cucurrit.

جَارِيَةٌ ^س *Quod currit, in usu est, fieri solet.*

جَزَا ^س *Fut. O.* Subiugavit, subegit; *it. pensavit, retribuit; it. satisfacit, suffecit; IV. suffecit.*

جَزِيَّةٌ ^س *Tributum, peculiariter,*

quod a Iudaeis et Christianis quotannis penditur; quia est pro victis et corporum loco. Cf. Ios. DE HAMMER des Osman. Reichs Staatsverfass. P. I. p. 212.

جَسَسَ ^س *Fut. O.* Tetigit, palpavit; *it. palpitando inquisivit, et cognoscere instituit, ut venam aegroti; captavit exploravitque nuncium ut explorator, V. id.*

جَسْرٌ Pl. جَسُورٌ Pons.

جَعَلَ Fut. A. Posuit, collocavit, constituit.

جَسَّ Sedit, consedit, discubuit.

مَجَالِسٌ Pl. مَجَالِسٌ Locus et tempus sedendi, sedes.

جَمَعَ Collegit, congregavit; IV. consensit, assensus fuit. VIII. Congregatus fuit, convenit eodem loco; *it.* convenit sententia quorundam, in eadem sententia fuit.

جَمْعٌ Turba, multitudo hominum.

جَمَاعَةٌ i. q. praeced.

جَمِعٌ Collectus, congregatus; *it.* omnis, cunctus.

جَمَلَةٌ Summa, aggregatum rerum, universitas, omnis.

جَنَّ Fut. O. Texit. Pass. Daemone obsessus et insanus fuit ac furiosus.

مَجْنُونٌ Daemone obsessus, insanus, furens, maniacus.

جَهَدَ Fut. A. Diligentia ac studio usus fuit, laboravit. III. Certavit, bellum gessit, *peculiariter* contra infideles *ad proferenda religionis pomoeria*.

جِهَادٌ Certamen; *speciat.* cum hominibus a fide Mohammedana alienis; bellum sacrum.

جَهَرَ Fut. A. Irruit in saucium properans necare ipsum, *cc* على. II. Expetivit, instruxit suo apparatu et instrumento aliquem; *it.* misit *turmam*, *exercitum*, *cc ar.* et على p. IV. i. q. *Conj. I.*; *it.* fugit.

جَابَ Fut. O. et I. Pervasit, pertransivit *regionem*. IV. Responsum reddidit (*q. d.* fecit, sivit transire, non repulit), *ccap* et *c* الى *r.*; *it.* annuit, concessit.

جَارَ Fut. O. Deflexit a via. III. Vicinus fuit.

جَوَارٌ Vicinia.

جَازَ Fut. O. Ivit, abivit, transivit; *it.* licitum, conveniens fuit.

ح

حَبَّ Fut. I. Amavit, cupivit, voluit.

حَبَسَ Fut. I. Retinuit, continuit; conclusit et incarceravit.

حَتَّى Usque, donec.

5*

^سحَاجِرٌ *Nom. propr.* oppidi Iemamae, regionis Arabiae.

^سحَدٌ *Finis, terminus, limes.*

حَدَثٌ *De novo et primum extitit res. IV. Produxit, fecitque existere quod non erat; unde*

Nom. act. أَحْدَاتٌ.

^سحَرَّرَ *pro* حَرَّرَ *Fut. A.* Liber evasit e servo, talisve fuit.

^سحَرٌّ *contr.* عَبْدٌ *Liber, non servus, et γνήσιος, ingenuus, non spurius, liberalibus natus parentibus, Collect.* أَحْرَارٌ.

حَرَبٌ *Fut. O.* Opibus exuit et spoliavit alium; *it.* acuit *gladium*, bellum gessit. III. Pugnavit, bellum gessit; adversatus fuit, repugnavit.

حَرْبٌ *Bellum.* دَارُ الْحَرْبِ *Terra hostilis, hosticum.*

^سحَرَبِيٌّ *Qui terrae hostilis est, hostis, omnis qui nec addictus est Islamo, nec in clientelam Muslimorum foedere est receptus.*

حَرَزٌ *Custodivit; حَرَزٌ firmus munitusque fuit. IV. In tuto collocavit.*

حَرَصٌ *Fut. I.* Avidè cupivit. II. Avidum cupidumve reddidit, incitavit.

حَرَقٌ *Fut. I. et O.* Ussit. II. Valde et frequenter ussit combustisque.

حَرَمٌ *Fut. I.* Prohibuit. *حَرَمٌ* *Verbitum et illicitum fuit, cc* عَلَى *p. VIII.* Verecundum sese gessit erga aliquem *cc ap.*

حَسَبٌ *Fut. O.* Computavit, reputavit, cogitavit. *حَسِبَ Fut. A. et I.* Putavit, opinatus fuit.

^سحَسَبٌ *Nom. act. praec.* بِحَسَبِ

Secundum, juxta. عَلَى حَسَبِ *Pro ratione.* حَسَبِمَا *Quatenus, secundum quod.*

حَصَرَ *Fut. O.* Arcè circumdedit, obsedit. III. Obsidione cinxit *urbem, hostem.*

حَصِنٌ *Firmus munitusque fuit.*

^سحَصْنٌ *Munimentum, arx.*

حَضَرَ *Fut. O.* Praesens fuit.

^سمَحْضُورٌ *Praesens.*

^سحَطَبٌ *Ligna, materia foci.*

^فخَفَرٌ Fodit puteum. VIII. id.
^فخَفِرٌ Fut. O. Necessarius, dignus et idoneus fuit. X. Dignus et meritus fuit; jure debetur.
^فخَفٌّ Ius, quod jure debetur.
^فخَكَمٌ Fut. O. Potestatem et imperium exercuit *in alios*.
^فخَاكِمٌ Iudex, magistratus.
^فخَلٌ Fut. O. Solvit nodum. Fut. I. Licuit, fas fuit; *it.* solutum fuit *debitum*, solvit multam.
^فخَلَوْنٌ Nom. propr. urbis Babyloniae s Iracae Arabicae. Est extrema Iracae hujus urbs in orientem borealem ultra Tigridem sita.
^فخَلَدٌ Laudavit.
^فخَلِمٌ Multa laude dignus; *et* nom. propr. viri.
^فخَلَمٌ Fut. I. Portavit, sublatumque gestavit *onus in capite, dorso*.
^فخَمَلٌ, ^فخَمَلٌ Fructus qui in utero gestatur, *vel* in arbore.
^فخَمُولَةٌ Iumentum onerarium.
^فخَاَجٌ Fut. Opus et necesse habuit, *cc.* ^فخَاَجِيٌّ *vel* ^فخَاَجِيٌّ Verbi. VIII. id.
^فخَاَلٌ Fut. O. Versus mutatusque fuit, *it.* uno extitit anno, annulus fuit.

^فخَالٌ Status, dispositio, modus.
^فخَوْلٌ Annus.
^فخَيٌّ *pro* ^فخَيِّيٌّ, *et hoc pro* ^فخَيَّوٌّ Fut. A. Vixit. IV. Vivificavit; *it.* terram culturam nondum expertam coluit et foecundam reddidit.
^فخَيْبٌ Area omnisque tractus ad domum spectans; *et* tractus ac plaga *in genere*.

خ

^فخَبِرٌ Fut. O. Scivit, cognovit, rescivit. IV. Indicavit, renuntiavit, *ccap et* ^فخَبَرٌ r.
^فخَتَمٌ Sigillavit, obsignavit.
^فخَاتِمٌ Sigillum, annulus signatorius.
^فخَرَجٌ Fut. O. Exivit, prodiit, *etiam* hostili animo contra alium, *cc* ^فخَرَجِيٌّ *علي*. IV. Eduxit. X. Eduxit, extraxit.
^فخِرَاجٌ Proventus, reditus, *pecul.* regni; *it.* tributum, *praesertim* illud, quod pro fundis penditur. Vid. Ios. DE HAMMER *des Osman. Reichs Staatsverfass.* P. I. p. 213.
^فخِرَاجِيٌّ Tributarius.

Bibliothek der
 Deutschen
 Morgenländischen
 Gesellschaft

خَطَرَ Fut. I. In dextram et sinistram jactavit, vibravit, sursum deorsumque motitavit.

خَطَرَ In dignitate, existimatione, gratia fuit.

خَطَرَ Periculum, discrimen; fortuna et alea; *it.* dignitas, existimatio, gratia.

خَالَطَ Fut. I. Miscuit, immiscuit. III. Immiscuitque se *rebus hominibusve*; *aut res* inter se commiscuit, *c c a p*, *vel r.*

خَالَفَ Vexit post *vel pone alium*, in locum successit ei. III. Adversatus fuit, dissensit, contradixit, repugnavit, rebellavit. IV. Fefellit fidem aut expectationem.

خَمَرَ Fut. O. et I. Operuit, textit, abdidit; *it.* fermentavit *masam*.

خَمَرَ Vinum, *a fermentatione aut mentis turbatione dictum*.

خَمْسَ Quinque. خَمْسَ Pars quinta.

خَمَسَ Fut. O. Quintam cepit partem.

خَانَ Fut. O. Decepit, perfidus fuit *in eo quod creditum erat*; *it.* violavit pactum.

خَيَّانَةً Fraus, perfidia.

خَارَ Fut. I. Bene habuit; bono statu fuit; *it.* praestitit *aliis*,

cc عَلَى; *et transit.* praehabuit elegitque *prae aliis*, *cc ap* et

عَلَى r. VIII. Elegit sibi.

خَيَّارَ Electio, arbitrium.

خَيْلَ Equi et equites.

دَبَرَ Pone fuit, successit; *it.* retulit *dictum factumve* post alicujus mortem. II. Disposuit, instituit, rexit, moderatus fuit *rem*, *pecul.* respiciens finem; *it.* manumisit *servum* post domini mortem.

مُسَدَّيْ Servus cui libertas post domini mortem promissa est, manumissus post domini mortem.

دَجَلَةٌ et دَجَلَةٌ Tigris fluvius.

دَخَلَ Fut. O. Intravit *domum*, *terram c c a r.*; *it.* immisit se *aliis cc* فِي, venit in numerum,

accensetur. VI. In invicem ingressi immissive fuerunt, penetrarunt invicem.

دَرَاهِمَ (fors. e Graeco Δραχμή) Pl.

^سدَرَاهِمٌ *et* ^سدَرَاهِيمٌ Numisma argenteum, qualia XX, subinde XXV, valebant ^سدِينَارٌ aureum unum.

^سدَعَا (pro ^سدَعَوٌ) Fut. O. Vocavit, advocavit, invitavit.
^سدَعْوَةٌ Vocatio, invitatio.

^سدَفَع Fut. A. ^سدَفَع Nom. Act. Trussit, pepulit, repulit, propulsavit; *it. dedit; tradidit.*

^سدَفَن Fut. I. Occultavit, textit, recondidit, *pecul. sub terra, sepelivit.*

^سدَم *et* ^سدَمًا (pro ^سدَمُو) Sanguis, vita.
Pl. ^سدَمَاءٌ.

^سدَفَن Unxit, inunxit *caput.* II. Oleum usurpavit.
^سدُقْنٌ Oleum quod inungitur, *pec. arte compositum unguentum; etiam butyrum, adeps, quo quid imbuitur.*

^سدَار Fut. O. Circumivit, gyrum egit.
^سدَارٌ Domus, habitaculum, locus habitatus, regio. ^سدَارُ الْحَرْبِ vid. ^سحَرْبٌ.

^سدَيْنٌ Debitum creditum *pe;* aes

alienum, *pec. cui solvendo certus praefixus est terminus.*

^سدِينَارٌ Nummus aureus, *pec. qui vulgo Ducatus dicitur.*

^سدِيْنَةٌ Piaculum caedis, *rad.* ^سدِي. ن

^سدَبَح Fut. A. Iugulavit, mactavit.

^سدَخَر Fut. O. Reposuit in futuri temporis usum.
^سدَخِيرَةٌ Res reposita, thesaurus.

^سدَرَأ Fut. O. Procreavit.
^سدَرِيَّةٌ Pl. ^سدَرَارِيٌّ Progenies, liberi.

^سذَكَر Fut. O. Meminit, memoravit corde vel lingua.
^سذِكْرٌ Memoria, commemoratio, fama, laudatio.

^سذَم IV. Protexit *et* in clientelam accepit.
